Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ii.

Ad nonas Capitulum.

Apparuit gratia saluatoris nri dei omnibus hominibus erudiens nos vt abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie iuste et pie viuamus in hoc seculo. ℣. Ipse inuocabit me: Pater meus es tu. Orõ:

Eius qui humane substancie dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti quesumus da nobis eius diuinitatis esse consortes qui humanitatis nostre fieri dignatus est particeps. Per eundem:

In Circuncisione Domini ad vesperas Cap:

Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus mittens filium suum in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis. ℣. Tecum principium in die virtutis tue. In splendoribus: Orem: